SIGISMUNDUS Dei gratia Rex Polonie Magnus
dux Lithuanie, Russie, Prussieq[ue] etc. dominus et heres. Significamus tenore presentium universis, quia cum oppidani nostri,
Radzeowien compellerentur per Generosum Nicolaum de Cosczielecz Castellanum Junivladislavien et Capitaneum Bresten
ad soluendum thelonea; ac foralia diebus fori septimanalis et annalis in nostra Ciuitate Bresten tenute sue, et quereretur
qd eis iniuria fieret, et presertim qd priuilegium Bresten Ciuitatis in eorundem fauorem plane testaretur, qd ab eiusmodi
foralibus soluendis et theloneo immunes et liberi essent. Nos uero de iusticia partis utrinsq[ue] experiri volentes Reueren
in christo patri domino Mathie Episcopo Cuiauien sincere nobis dilecto, in mandatis dederamus ut Bresten Ciuitatis priui:
legia coram se exhiberi faceret, et reuideret, suffragarentur ne an non oppido Radzeowien in hoc casu, et priuilegiis reuisis
nobis eorundem uerum transsumptum mitteret. Prefatus autem Episcopus Cuiauien sincere nobis dilectus, priuilegiis iuxta
nostrum mandatum reuisis, comperit eosdem non esse obligatos ad soluen theloneum ac foralia predicta et nobis uerum
transsumptum priuilegii Ciuitatis Bresten transmisit. Nos attenden q[uod] oppidum Radzeowien iniuste impeteretur a prefato
Capitaneo Bresten pro soluen theloneo et foralibus ipsis in Ciuitate Bresten, eosdem Radzeowien circa eiusmodi immuni
tatem reliquimus et conseruauimus, relinquimusq[ue] et conseruamus. Mandantes moderno et pro tempore existen Capitaneo
Bresten ut dehinc peramplius eosdem Radzeowien in Bresten Ciuitate non compellat ad solutionem eiusmodi foralium
[illegible] in

SIGISMUNDUS Dei gratia Rex Polonie Magnus
dux Lithuanie, Russie Prussieque etc. dominus et heres. Significamus tenore presentium universis, quia cum oppidani nostri
Radzeowien compellerentur per Generosum Nicolaum de Cosczielecz Castellanum Junivladislavien et Capitaneum Bresten
ad solvendum thelonea ac foralia diebus fori septimanalis et annalis in nostra Civitate Bresten tenute sue, et quereretur
quod eis iniuria fieret, et presertim quod privilegium Bresten Civitatis in eorundem favorem plane testaretur, quod ab eiusmodi
foralibus solvendis et theloneo immunes et liberi essent. Nos vero de iusticia partis utriusque experiri volentes Reverendo
in christo patri domino Mathie Episcopo Cuiavien sincere nobis dilecto, in mandatis dederamus ut Bresten Civitatis privi-
legia coram se exhiberi faceret, et revideret, si suffragarentur necne an non oppido Radzeowien in hoc casu, et privilegiis revisis
nobis eorundem verum transsumptum mitteret. prefatus autem Episcopus Cuiavien sincere nobis dilectus, privilegiis iuxta
nostrum mandatum revisis comperit eosdem non esse obligatos ad solvendum theloneum ac foralia predicta et nobis verum
transsumptum privilegii Civitatis Bresten transmisit. Nos attendentes quod oppidum Radzeowien iniuste impeteretur a prefato
Capitaneo Bresten pro solvendo theloneo et foralibus ipsis in Civitate Bresten, eosdem Radzeowien circa eiusmodi immuni-
tatem reliquimus et conservavimus relinquimusque et conservamus Mandantes moderno et pro tempore existenti Capitaneo
Bresten ut dehinc peramplius eosdem Radzeowien in Bresten Civitate non compellat ad solutionem eiusmodi foralium
et thelonei pro gratia nostra. In harum autem fidem et testimonium sigillum nostrum subappendi iussimus. Datum in
Conventione generali Thorunen sabato proximo post festum Conceptionis gloriose virginis Marie. Anno domini Millesimo
quingentesimo decimonono Regni nostri anno tredecimo

Petrus Episcopus et
Vicecancellarius subscripsit

Relatio Reverendi in christo patris domini Petri Episcopi
Premislien et Regni Polonie Vicecancellarii

10

Cives Ragusieb. liberi a solucio
de Teloneo et foralibus in Rege
Regno Anno dni 1519

1519

1519